

## SECTIO II.

## DE PERFECTIONE MUNDI.

ESTAT PRINCIPIUM PERFECTIONIS MUNDI.

LXVII. Posita perfectione entis principium quoque perfectionis ponendum est (ont. §. 89. cor.): si igitur mundo perfectio competat, necesse est, ut hujus perfectionis principium extet.

ILLUD QUO EST FINIS DEI CREATRIS - HOC LOGO INVESTIGANDUS -  
NIMIS DEI EST ETIAM FINIS MUNDI.

LXVIII. Principium perfectionis mundi est *finis*, quem Deus in procreatione mundi sibi praestituit. Principium perfectionis mundi est illud, ad quod obtinendum omnia tendunt, quae in mundo insunt (ibid.): ergo etiam illud, quod Deus tam per ipsam creatiōnem, quam per mundum a se conditum tamquam medium consequitur; sed id, quod agens per suam actionem, et per medium, quo utitur, obtinet, est agentis *finis* (ont. §§. 158. 162.): ergo principium perfectionis mundi est *finis*, quem Deus in procreatione mundi sibi praestituit.

*Coroll.* Ergo cum de perfectione mundi agitur, *finis*, quem Deus in eius procreatione sibi posuit, investigandus est.

*Schol.* Hunc Dei creatris finem vulgo finem quoque mundi dicimus, neque id sine ratione: *finis* enim agentis est etiam *finis* medi, quo agens ad eum consequendum uitetur: certe *medium*, quod quis ad aliquid obtinendum eligit, vel ex natura sua, vel ex intentione saltem eligentis, potissimum utroque ex capite ad eundem finem dirigitur.

QUOTUPLEX MUNDI PERFECTIO - QUID SECTIONES ARGUMENTUM?

LXIX. Perfectio hujus mundi vel comparet solum ad suum finem, vel comparet ad alios mundos possibiles spectari possit: priore respectu oritur perfectio mundi suo in genere (ont. §. 93. sch. n. 5.), posteriori autem quaestio enascitur, utrum hic mundus inter omnes possibilis perfectione excellat, sive, ut a joh. omnium possibilium optimus sit (ibid. n. 1.). Hacc tria praesentem sectionem absolvant. Schol. Vellim ab his, qui verentur, ne argumenti hujus perturbatione in cosmologia in leges methodi peccetur, metum ponit, principia enim, quae sequentes demonstrationes ingredientur, aut jam ex ontologia, ubi de summa entis necessariis, et infiniti, quod Deus est, perfectione actum est, nota sunt, aut ex theologia non precasta, sed lemmatice (§. 119. log.) sumuntur. Ego certo e re discentium potius esse opinor, ut veritates connexae serie non interrupta propounderant.

## CAPUT I.

## De Fine Dei Mundum Creantis.

QUID GLORIA DEI INTERNA ET EXTERNA?

LXX. *Gloria Dei interna* est collectio infinitarum ipsius perfectionum, sive infinita naturae illius excellentia. *Gloria Dei externa* est, quae ex earumdem perfectionum manifestatione enascitur.

DEUS IN GRANDE MUNDO FINEM INTERNIT - QUI EST ALIQUID IPSI DONUM NONDUM POSSESSUM - AC CONSISTIT IN MANIFESTATIONE PERFECTIONUM CERTIS LIMITIBUS CONSTRICTA.

LXXI. Deus in procreatione mundi finem aliquem sibi praestituit. Omnis causa intelligentia, et sapientia pollens, cum agit, aliquem finem sibi praestituit: id enim sapientiae leges postulant: certe si no[n] agere non nisi insipientium est; sed Deus est causa, intelligentia, et sapientia, quidem infinita pollens: igitur Deus cum egit, multumque procreavit, finem aliquem sibi praestituit.

LXXII. *Finis quem Deus in procreatione mundi sibi praestituit, est aliquid ipsi bonum nondum possessum.* Imprimis utrumque ex eo perspicuum fit, quod universum finis semper sit consecutio alienus boni, quod per actionem intenditur (ont. §. 160. cor. 1.). Deinde primum sic conficitur: cum omne bonum pro ratione bonitatis abundans sit, bonum infinitum, infinitum quoque amorem meretur: igitur Deus se ipsum, ut bonum infinitum, infinitus amet: necesse est, siquidem sapienter amet: atque Deus se ipsum infinitate non amasset, si non aliquid sibi bonum pro fini in creatione mundi constitisset; amasset enim magis illud, cuius bonum quasvisset: ergo *finis*, quem Deus in procreatione mundi sibi praestituit, est aliquid ipsi bonum.

*Coroll.* Cum infinitas suas perfectiones Deus ab aeterno, et necessario possideat, evidens est, gloriam internam non esse finem creationis.

LXXIII. *Finis, quem Deus in procreatione mundi sibi praestituit, est manifestatio suarum perfectionum, sive gloria externa.* Finis, quem Deus in procreatione mundi sibi praestituit, est aliquid ipsi bonum (§. praec.); sed praepter gloriā internam, et exteram nihil potest esse Deo bonum, cum ipse, ut potens infinitum proorsus a nullo pendeat (ont. 218.): igitur *finis*, quem Deus in procreatione mundi sibi praestituit, est vel gloria eius interna, vel externa, vel ultraque simul; atque gloria interna esse negavit (§. praec. cor.): restat ergo, ut sit externa, seu manifestatio suarum perfectionum.

*Schol.* Cum ajo, manifestacionem divinarum perfectionum finem esse creationis; non propter ea absolute excludo beatitudinem creaturarum rationalium, verum haec est *finis* solum secundarius, et intermedius; illa vero primarius, et ultimus; ex beatitate enim creatorum omnium manifestatio divinarum perfectionum complete denique enascitur, quemadmodum contra Dariesium solide nuper Krebsius (*Comment. phil. de fine creation.*) demonstravit. Alii

quidem haec pro eodem sere habent; inde Codworthus (*Syst. intellect. c. 5, s. 5, §. 20.*) ait: respondemus in credibilius ejus bonitatem, qua permotus fuit, ut alias quoque praeter se naturas beatas, et felices esse cuperet, tanti operis ipsi incitamentum fuisse quod dum ponimus, minime cum illis pugnamus, qui Deum gloriae, et honoris sui causa naturam rerum fabricatum esse opinantur. — Neque tanen sanus quispiam dixerit, Deum ideo unice fabricatum esse hanc rerum universitatem, ut potentiae, ac sapientiae suae specimen ederet, eoque se jactaret, fecit eam, ut bonitatem (*Adnot. in loc. cit.*) suam cum aliis communicaret, quae vere, ac proprie gloria ejus est. Consentit Mosheimus: Non repugnat inter se, quid Deus ideo hunc mundum creasse statuunt, ut bonitatis sua fructus cum aliis communicaret, et quod gloriam suam in fabricatione mundi spectasse perhabet; nam dum homines, et mundum Deus condidit, ut haberet quibus benefacaret, simul gloriam suam stabilivit; dumque gloriam suam in mundo declaravit, hominum simul salutis consultare.

**LXXXIV.** Manifestatio divinarum perfectionum, quam Deus sibi pro fine in creatione mundi constituit, nequit esse omnium possibilium maxima. Cum perfections divinae infinitas sint, necessitate est, ut careat gradus ultimo (*ont. §. 72.*), ac proinde quicunque gradu ipsarum assignato, vel mente concepito aliis semper, et aliis sine fine superest, qui assignari, aut mente concepi possit: igitur etiam eaedem perfections divinae semper magis, ac magis manifestari possunt, ita ut in hac manifestatione nunquam ad gradum ultimum perveniri queat, sed posita quicunque manifestatione quantumcumque magna, et excellente alia adhuc, quin aliae infinitum majores, et excellentiores possiles supersint; atqui si ita; evidens est, manifestatione divinarum perfectionum omnium possibilium maximam absolute repugnare: ergo manifestatio divinarum perfectionum, quam Deus sibi pro fine in creatione mundi constituit, nequit esse omnium possibilium maxima.

**Coroll.** Iguit Deus per mundum a se conditum in determinato quadam grado, ac certos intra limites perfections suas manifestari voluit.

**Schol. 1.** Veritas haec, qua una celebrata illa Leibnitii, Wolfgan- de mundo optimo opinatio, funditus evenerit, quod deinceps viderimus, ipsi quoque imaginationi quodam modo sisti potest. Finigamus extensionem realium infinitarum existere, eamque a nobis alteri cuiquam exhibendam esse: ferine poterit, ut tota, quanta est, unquam representante? nonne quantumcumque magna illius portio fuerit exhibita, allud tamen semper, et aliud exhibendum restabit? anno possibilis erit manifestatio hujus maxima? quod autem extenso eismodi, quod per aliquam solam intellectus fictionem concipiimus, evenire, id reipse verum est, cum agitur de perfectionibus divinis, quae nullos intensionis sue limites ad-

mittunt. Perfecto manifestare maxime perfectionem infinitum est eamdem exhaustire, quod notioni infiniti repugnat. Luce igitur meridianâ clarus est infinitus esse modus, nullumque inter ipsos absolute maximum, quibus Deus perfections suas per res creatas perfacere possit; quare Deus non potuit eligere aliquam manifestationem, nisi ita, ut infinitas alias et nobiliores, et inferiores relinquere; unde omnem ipsi procreandorum rerum potentiam adiungunt, qui eum ad eligendam manifestationem maximam adstringunt. Cur autem Deus hanc potius quam aliam determinaverit, a supraemis ipsius libertate pendebat, nec quisquam rationes perscrutari attentabit, nisi qui, ut Genensis loquitur, putet tantum sciendi posse, quantum quiaerit. Sed jam nonnulla dubia contra superiorem assertionem expendamus.

## OCCURRIT DUBUS.

**Schol. 2.** Ajunt i.) Si Deus in procreatione mundi manifestationem suarum perfectionum pro fine constituisse, tum Deus ipse esset aliqua ratione finium creatorum, atque hoc videtur absurdum, inter Deum enim, et entia creatura nulla est proportio.

**R. o. M. n. m.**, additam vero rationem d. inter Deum, et entia creatura nulla est proportio ratione perfectionis, o. 5 ratione conexions n. Deus utique, ut manifestandus, et glorificandus, est finis omnium entium creatorum, Jane enim supra (*§. 68, sch.*) docui, finem Dei rectissime quoque finem mundi dici. Deinde tametsi entia creatura, si quoad perfections suas spectent, infinite ab interminata Dei perfectione distent, nullumque cum ipso hoc sub respectu proportionem habeant, connector tamen cum Deo velut quivis effectus cum sua causâ, et vel hoc ipso apta efficiuntur ad patefacandas ipsius perfections; quemadmodum quodvis artefactum peritiam sibi artificis, a quo foto genere distant, commendare solet.

2.) Deum purum ambitionis fore, propriaque commodi nimis studiosum. Absurdum dictu est, ait Plotinus (*Enead. l. 9. c. 4. p. 202.*), Deum mundum progenuisse, ut honoraretur, eorumque haec est opinio, qui sculptorum nostrorum affectus ad superveros transferunt.

**R.** Deus non speciat gloriâ suam in condendo universo ob diligentias aliquam, aut maiorem inde perfectionem aut felicitatem consequendam, quod hominum est: sed praestita id sapientiae suae, aliisque infinitis perfectionibus consentaneae, cum enim ipse sit bonus infinitus, oportebat, ut se p̄ae omnibus bonis finitis amaret, omniaque reliqua ad se esse referret, quo, ut omnium est principium, ita quoque omnium finis sit. Apposite Mosheimus in Codworthum (*Syst. intellect. c. 5. s. 5, §. 20. n. 2.*): quicunque Deum gloriâ suæ causâ mundum creasse sciscunt, non tam vani sunt, et inepti, ut Deum sibi persuadant studio laudum, et glorie ferri, eoque accensum, et inflamatum hoc opus mo-

litum esse. Ita quidem intellexit Baylius sententiam eorum, sed in eis id fecit omnibus sapientibus, quorum nulli ejusmodi aliquid in mentem evenit.

- 3.) Si Deus, ait Dariesius (*Philos. Nebenstandem 2. Sammlung 2. Abandl.*, §. 2.), ex finem manifestandi suas perfectiones mundum condidit, tum id fecit ex ratione subjectiva; id est, finem creationis in se ipso posuit; atque inde sequeretur Deum egisset mundo vel ad conservandas, vel ad agendas suas perfectiones, quod a vero alienum est. Deinde manifestationem perfectionum, quae nec ad conservandas, nec ad agendas ipsum perfectiones conduceret, non esse possibilem, hoc conatur ratione probare: omnis manifestatio perfectionum necessario Deo afferat aliquam utilitatem; nam manifestatio perfectionum est quaedam actio; quaevis actio quidpiam efficit, quod absque ea non esset, idque ipsum, saltem praesente in casu, bonum sit, necesse est: igitur actio divina inessentia rei aliquid boni operari debet, quod sine ea actione non existet.

¶. Pace clarissimi viri dixerо ratiocinationem hanc a paralogismo non abesse. Ratio subjectiva, ex qua Deus mundum creavit, non ita in ipso est, ut sit perfectio quaedam interna obtinenda: sed est repraesentatio finis quadam substantiam optimi in ipsius intellectu, quem ob suam bonitatem, aliasque perfectiones naturales necessario actionibus suis, quas vocant ad extra, praefigere debet. Atque hinc patet, manifestationem hanc nec ad agendas, nec ad conservandas perfectiones internas quidpiam conferre, sed ab his ipsis exigи sub hypothesi, quod Deus aliquid pro sui liberrimo arbitrio procreare velit. Unde ulterus consequitur ejusmodi perfectionum manifestationem omnino impossibile esse, nec quidquam verae utilitatis aut commodi inde in Deum redudaret, sed potius in res creatas, quae manifestando divinas perfectiones suam beatitudinem consequuntur; nisi Deus ulla dicere velim, quod agat modo infinitis suis perfectionibus congruo. Cum deinde manifestationem vocat actionem Dei, aperte confundit ideam manifestationis, quae finis est, cum idea creationis, quae ea deum actio est, quia finis ille obtinetur; manifestatio certe perfectionum, seu gloria exterior non est actio Dei; sed eam Deus consequitur per actionem stans, quae res creatas, quae ipsum glorificant, existentes efficit. Denique non video, quomodo ex eo, quod actio Dei in re essentia boni quidpiam operetur, sequatur manifestationem non esse Dei creatis finem primarium, atque ultimum; operatur utique actio Dei bonum, cum rebus existentiam, aliasque perfectiones reales tribuit, et necessaria ad beatitudinem consequendam subsidia subministrat; at vero id minime obstat, quo minus Deus in his bonis confundis surarum perfectionum manifestationem ut ultimum finem respiciat, praesertim cum haec ex rerum creaturarum beatitate singulari ratione evanescatur.

- 4.) Deus etiam sapientor egisset, etsi nullum communem finem toti

mondo praestituissest; satis enim fecisset scie sapientiae cuivis enti hujus mundi particularē aliquem finem praefigendo.

¶. Potuit certe Deus cuivis enti in hoc mundo particularē quempiam finem praestitutę, hac tamen lege, ut hos omnes fini alieni communī tamquam ultimum subordinaret, unicus enim est, ut ostendit, qui divinam bonitatem, sapientiam, aliasque perfectiones decet, isqui in perfectionum manifestatione consistit. Atque id reapse praestitisse Deum ex ea per causas tum finales, tum efficientes connexione, quae in mundo obtinet, colligimus. Ceterum sapienter hic ponet Boehmii (*Theol. nat. s. 1. c. 4. §. 805. sen.*): si unquam dubium subiurit, cogita Deum finem aliquem particularē non intendere nisi ut medium ad ultimum; adeoque tantum ejus, non plus, intendere, quantum hic requiritur, nec adeo sine suo particularē ex parte excidere, quando non tantum obinet, quantum posse obtinere videtur.

## C A P U T . I I .

### *De Mondo suo in genere, Perfecto.*

QUE MUNDUS IN GENERE SUO PERFECTUS?

LXXV. *Mundus in genere suo perfectus est*, cuius omnia entia tam simultanea, quam successiva ad finem a Conditore suo praestitutum obtinendum quam optime conspirant (*conf. ont. §. 93. sch. n. 5.*), atque adeo, quae perfectiones divinas tantum manifestat, quantum ipsa ab illo manifestari Deus vult.

*Coroll.* Mundus igitur suo in genere perfectus est comparate ad suum finem optimus ita, ut sub eo respectu melior dari nequeat.

DEUS ELEGIT MEDIUM APITISSIMUM - ET HUNC MUNDUM UT MEDIUM ELEGIT -  
QUAE APITISSIMUM EST AD FINEM - ET SIC IN GENERE PERFECTUS.

LXXVI. *Cum Deus eligit medium ad consequendum finem si-  
bi praestitutum, eligit apitissimum.* Nisi enim medium apitissimum  
eligeret, vel non posset, vel non sciret, vel non vellet id praestare; sed  
primum repugnat omnipotenti; alterum perfectissima intelligentia;  
tertium infinitas sapientiae: ergo cum Deus eligit medium ad  
consequendum finem sibi praestitutum, eligit apitissimum.

LXXVII. *Deus hunc mundum eligit ut medium ad consequen-  
dum finem sibi praestitutum.* Cum Deus in procreatione mundi fi-  
nem sibi praestituerit (*§. 71.*), per ipsam hanc procreationem finem  
hunc obtinere voluit (*ont. §. 158.*): igitur mundus procreatus ratio-  
nem continet, ut Deus finem suum obtineat, sive, ut finis Dei ad exi-  
stantiam perveniat; sed quod ejusmodi est, medium vocatur (*ont. §.  
162.*): ergo mundus hic est medium ad consequendum finem a Deo si-  
bi praestitutum. Sed praeterea quoque Deus hunc mundum procrea-  
vit (*§. 24.*), et quidem p[ro]p[ri]e aliis infinitis possibilibus (*§. 7. sch.*),  
quod electionem aliquam complectit: igitur Deus hunc mundum  
elegit ut medium ad consequendum finem sibi praestitutum.

LXXVIII. *Mundus hic est medium apitissimum ad consequendum finem a Deo sibi praestitutum.* Cum Deus eligit medium ad consequendum finem sibi praestitutum, eligit apitissimum (§. 76.) sed Deus hunc mundum elegit ut medium ad consequendum finem sibi praestitutum (§. praece.) ergo mundus hic est medium apitissimum ad consequendum finem a Deo sibi praestitutum.

LXXIX. *Mundus hic suo in genere perfectus est.* Cum mundus hic sit medium apitissimum ad finem consequendum (§. praece.), necessum est, ut Deus per hunc mundum optime suum finem assequatur; igitur etiam necesse est, ut hic mundus tantum manifestet perfectiones divinas, quantum ipsas ab illo manifestari Deus voluit; atque hoc est suo in genere perfectum esse (§. 75.); ergo mundus hic suo in genere perfectus est.

Schol. 1. Argumentatio haec est a priori, et omnino invicta; ducitur enim ab infinita Conditoris scientia, sapientia, et potentia, quae omnia in Deo inesse nella potestatione dubitari. Qui ad experientiam percurrit, mundique perfectionem a posteriori demonstrare volunt, operam perdunt; ad absoluta siquidem id genus demonstrationis necesse foret, ut omnia entia tam successiva, quam simultanea, ex quibus hic mundus coalescit, singulatim pervestigentur; ut eorum connexione intime pervideatur; ut denique, quae ratione singula ad finem communem obtinendum tendant, distince determinetur: quis autem hominum id praestare valeat? Non equidem inficias ibi, divinas in creatis omnibus perfectiones restringere quemvis ex paullo accidere corporum mundanorum contemplatione in cognitionem Creatoris independentis, aeterni, potentissimi, sapientissimi, providentissimi, deducit; haec enim facile prorsus, ratiocinio ex rerum creatarum intuitu colligunt, quemadmodum uberiori demonstravit Krebsius (*Comment. phil. de fin. crea. s. 1. c. 2. §. 18 seq.*) At vero inde nondum evidenter configitur mundus suo in genere perfectum esse, hoc enim duntaxat specato manifestum non est, per eundem perfectiones divinas illo in gradu, quem Deus constituit, paterfieri. Ut vero ab experientia perfectio mundi demonstrari nequit, ita eadem simili argumento nequidquam impugnatur: cum enim imperfectio in parte ad totius perfectionem conferre (ont. §. 92. sch.), et vicissim, quod inde fit, major pars perfectio perfectioni totius efficiere possit frustra laborant omnes illi, qui perfectiōnem, aut imperfectiōnem, partium apparentem ad totum mundum transferre volunt: neque igitur audiendi sunt, neque, demonstrata a priori mundi perfectiōne, objectionibus ab experientia petitis respondere teneruntur (§. 235. sch. l. 6. log.). Ne tamen quidquam omissione videar, adducam breviter ea, quae a profanis hominibus, divinasque providentiae hostibus vulgo proferri solent.

SATISFIT ADVERSARIIS.

Schol. 2. Ajunt 1.) Si mundus hic esset in suo genere perfectus, esset etiam omnium optimus; sed istud non admittitur, ut in se-

quente capite patet: ergo mundus hic non est suo in genere perfectus. Deinde quid vetat, quod minus singula entia hujus mundi perfectiora sint? Ex perfectioribus autem entibus perfectior utique, et fini suo accomodatior mundus consenseret.

R. d. m. Si mundus hic esset suo in genere perfectus, esset etiam comparare ad hunc finem optimus, c. M. absolute optimus, n. M; et sic d. m. n. coa. Mundum in genere suo perfectum compare ad suum finem optimum esse dixi (§. 75. cor.), quod ut plenus intelligentias, haec habe: Deus stante hoc fine, quem ipse ex liberali arbitrio determinavit, non potuit alium mundum nec perfectiōne, nec imperfectiōne eligere; in neutrō enim casu sapienter egisset: sapientia quippe exigit, ut mundus apitissimum ad finem praestitutum eligatur, qualis non fuissest hoc nostro perfectio, aut imperfectio. Atque in hoc sensu hic mundus est optimus; nullus enim ex omnigenere, et specie mundorum aptius huic fini responderet: individua autem perfecte similia, quae quidem infinita possibilia sunt, cum principiō indiscernibili Leibnitii non subsistat (ont. §. 76.) acquisiti sunt perfectio, adeoque aquilatior ad hunc finem accommodata. Non est autem hic mundus absolute, et in se, abstracto mirum a fine, vel posito fine absolute optimo, omnium possibilium optimum, ut deinceps apparebit. Similiter non potuit Deus stante hoc fine singularia seorsum entia perfectiora efficere; nam istud determinatissime totius mundi perfectiōni derogaret, cum ea dependat ab optimis singularium conspiratione ad finem communem, quae in hac hypothesi necessario mutaretur, nisi ponas per mutuā compensationem ultimo tandem eamdem conspirationem prodire; id quod eodem redit. Neque vero etiam ex maiori singularium entium perfectio continuo sequitur majorem quoque in toto perfectiōne fore: fieri siquidem potest, ut entia, etles in se perfectiora, minus tamen apte ad finem obtinendum consiperent.

2.) *Mundum non esse perfectum satis ostendunt entia monstruosa et imperfecta: animalcula item vilissima, et exilissima, quae ideō superflua sunt, tum et insecta nociva, ac venenata, quae passim in eo deprehenduntur.*

R. Generalim: perfectio mundi, ut jam dictum est, non consistit in perfectiōnibus particularium entium, sed in eorum connexione, et enascente inde tendentia ad finem tolli praefixum. Quod nominatum ad monstra attinet, dicendum ipsorum imperfectiōne esse solum apparentem, eamque ad constitutandam totius mundi perfectiōne concurrevere, quemadmodum imperfectiōnes oculi conductant ad perfectiōnem totius corporis (ont. §. 91. sch.). Certe nisi id ita esset, nequaque a divina sapientia fuissent electa. *Præclare Leibnitius (Essai de Theodic. §. 24.) concludendum est ipsa monstrā in ordine totius comprehensa esse, hieque cogitare, non tantum melius fuisse, ut permittantur, quam ut communes naturae leges perturbentur; sed etiam ipsa legibus,*

ac universali Dei voluntati consentanea esse, et si non habet harmoniam mente assuefactam, et distincte explicare negemus. Legatur quoque Malebrachius (*De inquir. verit. illustr.*, ad l. 2., p. 45.) Similiter deinde insecta non sunt vilia, nisi nostra fortassis opinione, eaque valde distorta; concurrunt enim cum reliquis ad communem finem obtingendum: ipsa etiam corpuscoli minimi conformatio Conditoris sui potentia, ac sapientiam quam maxime illustrata. Unus neque inutilis, aut superflua iure dei possunt praeter communem enim particularares quoque fines propositos habent, usumque maximum, tametsi nobis potissimum incognitum, in hoc universo praestant, dum alii nutrimentum, alii medicamentum prebeant, aut efficiunt, et ex ipsis comparatione ceterorum ordinabilius elucescat.

3.) Alius mundus est possibilis, qui perfectius assequetur finem sibi praestitutam; ergo noster hic mundus non optime congruit cum suo fine, ant. p. Possibilis est talis mundus, qualis fuit ante peccatum Adag perdurante statu integratis, et justitiae originalis; jam vero talis utique mundus et perfectior esset, quam noster, et prorsus eundem finem bahere posset, sicut reapse tunc habuit.

R. N. ant. Admitto imprimit plures esse mundos possibles perfectiones, quos Deus condere potuisse, si volisset perfectiores finem, altiorum ministrorum gloriae sue externae gradum eligere. At nullum potius meendum procreare, qui hunc presentem finem melius fuisset assuefactus. Deinde mundus etiam perfectior sibi fini melius non congrueret, quam noster suo congruat; diuinumen debet congruentiam fore eandem mundi perfectioris, cum ab eo fine perfectione, et mundi imperfectionis, si ita loqui fieret, cum sua fine imperfectioris, ubique videlicet optimam. Ad id, quod additur, prius transmissione quadam opus est; non enim constat an talis mundus vere perfectior futurum esset; cum argumentum ex perfectione entium particularium ad universalem totius perfectionem hand valeat, nisi omnia simul entia, et eorum naturae, mutuata connexio intime perspicillatur. Fieri certe potest ut conexio entium, in qua mala infexta sunt, magis altera, quae ab his immunis est, ad finem communem conspiret; quemadmodum horologiorum imperfectioribus in se partibus compositum potest accurasitus horas designare quoque in genere, et comparare ad suum finem perfectius esse, quam aliud quodpiam, quod ex nobilioribus partibus confinatur; immo ut horologio toti sua constet perfectio, necesse est, ut singulare illius partes non sint ejusdem generis, formas, ac perfectionis. Itaque etiam, ut tota entium connexio, qua mundus constituit, sua gaudeat perfectione, non modo necessaria non est, ut singula seorsum entia aequaliter sint perfectioris, sed multo magis requiritur, ut sint diversae. Tunc mundus ille, qui ante lapsam Adae existit, non fuit aliis a nostro hoc, de quo agimus, mundo; fuit enim hujus pars quaelam, atque inde ad eundem finem determinat, cum finis sit toti mundo praefixus. Quod si autem ponamus,

nunc quoque tales mundum a nostro distinctum condi necessitate forte, ut Deus illi alium finem, id est, alium gradum in suarum perfectionum manifestacione praestitutum, ad quem nempe obtinendum omnia illius entia tendent.

4.) Multa in hoc mundo perpetrantur peccata, eamque non cedunt ad gloriam Dei, sed potius ad ipsius contemptum igitur non omnia in hoc mundo illustrant gloriam divinam, neque mundus perfectus dici meretur.

P. d. ant. peccata, si spectentur relate ad malitiam et intentionem hominis libertate sua abutentis, non tendunt ad gloriam Dei et. ant. peccata, si spectentur, ut sunt actus physici hominis agentis, vel ut conexa cum aliis ad communem finem determinibus, vel ut a Deo permitta non tendunt ad gloriam Dei, n. ant. et cons. Tametsi peccata, prout a malitia hominum, libertate, praeceperit bene merendi instrumento, abutentum procedunt, potius ad obscurandam Conditoris gloriam tendunt, hominemque a consecutione finis sui abducant, multis tamen aliis modis ad illustrandas perfectiones divinas inseruant. Imprimis nempe peccata, cum sint actus physici a libera homini vi profecti, homini a Deo vim activam, ac pretiosissimum libertatis donum concessum suis manifestant, quo simul divinam potentiam, libertatem, ac honestatem comendant. Deinde ut sunt in hac rerum serie, et connectione posita, una cum reliquo medium illud optimum, quod Deus ad consequendum finem sibi propositum sapientissime elegit constituent; qua in re singulari quadam ratione divina elueat, sapientia, dum malum haec ad optimos fines diriguntur, eaque ipsa obtinentur, quae homines perversa sua voluntate impeditre conabantur; attende at exemplum Josephi Egyptiaci, Cristi Iudeorum sceleri occisi, veritatemque rei ipsius oculis intuereris. Denique peccata, cum tolerantur, divinam in nos honestatem, et patientiam: cum remittuntur, misericordiam, et mansuetudinem; cum vindicantur, summam potestatem, et justitiam lucis clarissimam faciunt. Cum igitur mundum perfectum dicimus, non volumus, nullum in eo inesse naevum, nullam maculam; sed nexus hunc rerum omnium, in quo peccata quoque continetur, apertissimum esse ad perfectiones divinas intra eos limites, quos ipse statuit, manifestandas contendimus. Mundus, qui habet mala, perfectus est; non quia habet mala; sed quia haec bona, et mali permixta ad obtinendum finem ab auctore suo constitutum optime deservit. Neque vero etiam inde consequens est, ut Deus positive peccata velle debeat: eti enim illi quoque tamquam mediis ad suos fines utatur, sufficit tamen, ut ea permissive velit, id est, non impideat deernat, cum aliquin ab hominum malitia libere ponenda certo praevideat (conf. out. §. 163. sch. 1.).

## C A P U T III.

## De Mundo omnium Possibilium-Optimo.

## QUID MUNDUS OPTIMUS?

LXXX. *Mundus optimus* est, qui omnes mundos possibilis perfectione superat; quique adeo divinas perfectiones maxime manifestat, ita videlicet, ut ipsae magis manifestari absolute nequeant.

*Schol.* Definitionem hanc ad mentem eorum, qui mundum optimum defendunt, exactam esse nemo ignorare potest, nisi qui in ipsorum scriptis prorsus peregrinus sit. Leibnitius, qui optimum hanc jam olim veteribus notam, ac tene emortuum suscitavit, ita de ea disserit (*Princ. phil.* §. 55. seqq.) *Quemadmodum vero infinita sunt possibilia universa in ideis Dei, et eorum non nisi unum existere potest, ita necesse est dari rationem sufficientem electionis divinae, quae Deum ad unum potius, quidam ad alterum determinet. Atque haec ratio reperiatur nequit, nisi in gradibus perfectionis, quam hi mundi continent, cum quodvis possibile habeat ius praetendendi existentiam pro ratione perfectionis, quam involvit, atque id ipsum causa est melioris, quod Deus vi sapientiae cognoscit, et vi potentiae producit. Similia quoque passim in Theodicea preferit. Leibnitius magno agmine sequitur non illi modo, qui eius famulari scripti sunt; sed et alii quoque, qui ceteroquin in multis ab ipso dissident, speciosas divinas perfectiones vindicandi studi, ut ego quidem reor, delusi, nam revera, ut paulo post apparabit, opinio haec infinitam Dei bonitatem, omniscientiam, et supremam libertatem, quam praescipit commendare videatur, fiducius erexit. Praeterire hoc loco Bauisterum nequeo, qui quantuvius Leibnitii, Wolfiog dogmata sua fecerit, mundumque hunc optimum esse aperte statuit, nihil tamen minus sententiam ita explicit, ut non majorum mundo perfectionem, quam non capite praecedente, tribuisse videri possit, ait enim (*Theol. nat.* q. 4. §. 834. *Ib.* §. 833. sch.): *It te offendit verobalba; imperfectus, et perfectus;* dicit *Deus semper eligit, pult, et decorrit id, quod subiussus, quod sapientiae, et gloriae sua est convenientissimum.* Item cum itaque vi hujus theorematis Deus ex pluribus possibilibus mundis elegit illum mundum, qui suabibus suis est convenientissimus, sive optimus etc. etc. (*Ibid.* §. 834. sch.). Quis hic non viderit, optimam solum mundi hujus cum suo fine convenientiam denotari, ob quam is suo genere perfectus esse dicitur (§. 75.), quare callidius, quam sincerius eisque vir celeberrimus censor potest: eum enim in reliquis cum omnibus mundi absolute optimi defensoris prorsus consentiat, merito suspicari licet, ipsum tacite, et sine probacione posuisse, finem huic mundo praestitum esse absolute optimum, seu maximam divinarum perfectionum manifestationem; id, quod a veritate alienum esse jam videbimus.*

## Cosm. Sect. II. Cap. III. De Mundo omni. Poss. Opt. 203

MUNDUS NON EST ABSOLUTUS OPTIMUS.

LXXXI. *Mundus hic non est omnium possibilium optimus.* Mundus optimus infinitas Dei perfectiones maxime, id est, in supremo gradu manifestat (§. praece.); sed mundus hic in determinato quodam gradu, et intra certos limites perfectiones divinas manifestat (§. 74. cor.); ergo mundus hic non est omnium possibilium optimus.

*Schol.* Certo ut supra dictum est, hoc ipso, quod perfectiones, quae manifestari debent, infinitae sint, etiam manifestaciones maiores, et maiores in infinitum possibiliter sunt, quae omnes rursus alios fieri perfectiones constitutuunt aliis mundis, qui propter eas possibilis esse rite arguuntur; praescipit; nam ex possibili multiplicitate, et varietate finium evidenter consequitur possibilitas mundorum perfectione discrepantium: sicut manifestatio certis limitibus circumspecta non est, finis omnium possibilium optimus, seu perfectissimus. Jam vero mundus, qui non habet finem absolute perfectissimum, nec ipse omnium possibilium perfectissimus esse potest; mundus enim fini perfectioni respondens foret utique iste perfectior (ont. §. 93. sch. n. 1.). *Prosternit* ceteris partibus, id est si utrinque optima sit ad finem suam tendentia, perfeccio entis aestimanda est ex perfectiori, et nobiliori fini: ita horologium, quod praeferit horas, et minuta, astrorum quoque cursum indicat; in perfectione plurimum antecellit alteri, in quo horas dantur denotantur. Cum igit mundus nostri inter certos solum limites perfectiones divinas manifestet, eum neque finem perfectissimum habere, neque omnium possibilium optimum esse manifestum est. Atque istum solum quidem ad repellendum de mundo optimo sententiam omnino sufficit; quia tamen adversarii, ducis sui exemplo, possit omnium hoc in argumento principium rationis sufficientis in auxilio vocant, in eo praeferat mihi elaborandum esse video, ut clare ostendam, in illo principio, quantum verissimo, et alias a me stabilito, nihil prorsus praescipit ad hanc doctrinam confirmandam ipsi suppetere: id porrora effectuarum me confidqui demonstravero haec principii applicatione omnem Dei libertatem tolli, qua sublati ipsaentis perfectissimi natura perire. Videatur interea dissertatione Friderici Reinhardi cum aliis pro praemio concurrentibus yussu Accademiae Berolinensis edita (*Le syst. de Mr. Pope sur le perf. du mond.* etc.).

POSITA HAC RATIONE, DEUS NON POTET ALIUM MUNDUM PRÆCISTO CONDERE – NEQUE ISTUM NON CONDERE – UND IN CONDENDO MONDO NON FUIT LIBER.

LXXXII. Si major perfectio mundi possibilis fuit ratio sufficientis, ut Deus hunc mundum conderet, non potuit is olim præciso condere. Si major perfectio mundi possibilis fuit ratio sufficientis, ut Deus hunc mundum conderet, tum pro hujus solum, et pro nullis alterius creatione adfuit ratio sufficientis; sed Deus cum solum mundum condere potest, pro quo adest ratio sufficientis, et eum conde-

re non potest, pro quo nulla adest ratio sufficiens: ergo si major perfectio mundi possibilis fuit ratio sufficiens, ut Deus hunc mundum conderet, non potuit est alius praes isto condere.  
**Schol.** Ita demonstrando hoc theoremate non est magno mibi opere elaborandum, ipsam enim Leibnitianorum, qui buseum mihi non negotium est, doctrinam complectitur: quare, quae hic attuli, in ipsorum sensu intelligenda sunt. Confer verba Leibnitii. (§. 8o. schol.).

**LXXXIII.** Si major perfectio mundi possibilis fuit ratio sufficiens, ut Deus hunc mundum conderet, non potuit est hunc mundum non condere. Si major perfectio mundi possibilis fuit ratio sufficiens, ut Deus hanc mundum conderet, tum pro creatione tantum hujus mundi, non autem pro non creatione adiut ratio sufficiens, et quidem ab aeterno; major quippe perfectio mundi possibilis est aeterna; ab aeterno a Deo cognita, sicutque semper ratio sufficiens pro condendo mundo, numquam pro non condendo, ac istud ante omnino arbitriam Dei determinationem ad aliquem mundum condendum; sed Deus id tantum efficere potest, pro quo adest ratio sufficiens, et id efficere non potest, pro quo non adest ratio sufficiens: ergo si major perfectio mundi possibilis fuit ratio sufficiens, ut Deus hunc mundum conderet, non potuit est hunc mundum non condere.

**LXXXIV.** Si major perfectio mundi possibilis fuit ratio sufficiens, ut Deus hunc mundum conderet, nullo ex pacto liber fuit in condendo mundo. Si major perfectio mundi possibilis fuit ratio sufficiens, at Deus hunc mundum conderet, tum Deus non potuit alium mundum praes isto condere (§. 82.), neque istum non condere (§. praeac.); sed huc omnino libertas reducitur, ut ex se patet, et alio loco uberior demonstrabitur: ergo si major perfectio mundi possibilis fuit ratio sufficiens, ut Deus hunc mundum conderet, nullo pacto liber fuit in condendo mundo.

**Schol. 1.** Sane, si hinc principi rationis sufficientis applicatio obtinet, ne fangi quidem potest illa libertatis species, nam fieri non potest, ut arguit Boscovielius (*Dissert. de seg. contin.* §. 126.), ut Deus rationes omnes, quae adesse poterant pro hoc individuo rerum ordine creando, non videteret: fieri non potuit, ut eae, quae aderant, non adessent; fieri non potuit, ut eae, quae praeponderantur, non praeponderarentur, suam enim naturam mutare non possunt: fieri non potuit, ut Deus praeponderantium non sequeretur. Igitur etiam ex contradictionis principio iniuxto divinae naturae praeditae sapientia, et determinatione ad optimum eligendum, et naturae rationum, quas videre potuit, et debuit, erat fieri non potuisse, ut haec ordo solus non existaret, qui idcirco omnino necessarius fuit. Et ridicula sane est eorum possibilis, quae existere non poterant, nisi crearentur; creari non poterant, nisi ratio sufficiens Deum ad creationem moveret, nec ipsa ratio sufficiens illa esse poterat praeter illam, quam ipse Deus oculos habuit, cum mundum

hunc crearet. Verbo denique Deus vi sapientiae sue debet illud discrimen omnium rerum cognoscere, tum nulla res possit aequare alteram, et vi bonitatis debet eligere melius: ergo non datur libera in Deo electio, cur hanc prae illis crearet, sed necessitas. Similia inventemus quoque in appendice de Deo, et anima eius theoriae philosophiae naturalis subjecta. Hinc demum clarissime patet, quo iure supra (§. 32. sch.) pronunciaverim, ex hac Leibnitii opinione factum quoddam Stoico simillimum profiri; ut adeo vir doctissimus caussam Deli, quam una ex parte contra Baylum egregie tuitus est, altera ex parte prodiderit. Sed tamen sunt nonnulla, quae non sine veritatis specie in eius defensionem proferuntur: haec jam examinanda sunt.

## SOLVUNTUR DUBIA.

**Schol. 2.1.** Auctor additamentorum ad metaphysicam P. Saget Placentiae recessum anno 1767. ita pro mundo optimo pugnat (*Theol. nat. §. 54. edit. 144. not. 2.*). Id unum superest inquiramus, utrum finis, ad quem hic mundus a Deo ordinatus est, sit omnium praestantissimus, ad quos mundi possibilis possunt ordinari. Praestantius nequit divina bonitas, atque perfectio per quemcumque possibilem mundum manifestari, quam similiter manifestetur, quantum eandem manifestari possibile est per creaturas. Certe est divinae perfectionis representationem, quae fieri potest per mundos, aut creaturas qualibet possibles, non posse talem, aut tantam esse, ut ad qualitatem pertingat; hinc tamen minus recte quis inferet, nullum esse limitem, ultra quam possibilis non sit perfectior representatio per creaturas; immo cum nulla esse possit representatione ad arquiritatem, qualibet possibilis limites quosdam habeat, necesse est. Cum igitur inter ea, quae habent limites, nihil certe unum esse omnibus praestantius, nihil pariter obstat; unam esse inter omnes representationes divinae perfectionis possibles per creaturas, quae sit ceteris omnibus praestantior, et excellenter.

**R.** Inter multa egregia dicta duo sunt, quae cum veritate minima consentiunt. Primum: ex eo, quod nulla possibilis perfectionum divinarum representationis ad aquitatem cum iisdem pertingat, restringit infurter, nullam esse representationem adeo perfectam, ut ea perfectior amplius possibilis non sit (§. 74.), nam gradibus perfectionum gradus representationis respondent, unde si in illis non datur ultimus, ita negiuntur in hac. Finge duos gradus perfectionis aliquis divinae representari: quid obstat, ut non etiam tres, quatuor, quinque, et sic porro absque fine representatione existatur? erit autem representatione quinque gradum perfectio praecedentibus, et haec rursus alias perfectiores in infinitum possibles erunt: quia in re nulla certe appetit respugnantia, aut si qua sit, comprobare eamdem, non asserere solum oportuerit. Al-

terum: inter ea, quae habent limites, potest quidem esse unum omnibus praestantius, si ea sint numero finita, et reapse colligi possint; non item si ea sint infinita numero, seu potius finita in infinitum, nec umquam revera per modum unius collectionis accipi queant: illud contingit in rebus existentibus, quae semper numerum determinatum constituant; at si sermō sit de possibilibus, res aliter se habet, nam possibilia sunt infinita, atque sine numero, in quibus sicut numquam pervenire ad ultimum, ita etiam maximum comprehendendi nequit. Plurimum igitur ostiat, ipsa nempe ratio infiniti, ne una sit inter omnes representationes divinae perfectiones possibles per creaturas, quae sit ceteris omnibus praestantior, et excellentior (*Ib. n. 4.*).

*2.) Nec vero metuendum, continuat laudatus auctor, ne limites divinae figurant omnipotentiae, si inter omnes divinas perfectionis representationes possibles per creaturas una dicatur omnium praestantissima, et excellentissima; nam si nulli figurant limites divinae omnipotentiae ab adversariis, cum negant produci a Deo posse mundum, qui sit omnium possibilium perfectissimum; cur divinae omnipotentiae limites figura-  
tur dicendo, produci a Deo posse mundum inter omnes perfectissimum, qui scilicet divinam perfectionem representet modo inter omnes modos per creaturas possibles perfectissimo?  
Infinitos esse mundos, et gradus representationis possibile per creaturas, non evincit, dato quilibet possibilem esse alium perfectorem; possunt enim esse infiniti infra unum inter omnes possibles perfectissimum qui licet finitus in se sit, potest tamen quilibet alios possiles pariter in se finitos perfec-  
tione superare: neque detrahitur divinae omnipotentiae, si dicamus, nullum effectum produci ab illa posse, qui finitus in se non sit. Quare nisi demonstretur, possibilem esse effectum finito quilibet perfectorem, frustra quis obtrudet figi limites divinae omnipotentiae ab iis, qui inter omnes possibles effec-  
tus finitos unum esse ceteris omnibus perfectorem assentur, ultra quem, licet in se finitum, non sit possibili alius perfector.  
*R.* Plurima hic quoque latent, quae a falso non minus distant. Imprimit, cum negamus posse a Deo mundum omnium possibilium perfectissimum produci, hac inducimur ratione: quia mundus ille repugnat, et contradictionem involvit, quod ab infinitate, ob quam perfectiones divinas numquam maxime manifestari possunt, demonstramus: unde tam parum omnipotentiae divinae limites figura-  
mus, quam parum illi eidem quidquam detrahant, qui docent circulum quadratum a Deo procreari non posse, ille contra non omnipotentias modo, verum et omnibus reliquis Dei perfectionibus li-  
mites figit, cum dicit dari posse perfectionem divinarum representa-  
tionem excellentissimam; inde enim manifeste sequeretur, nihil amplius in perfectionibus divinis representandum restare,  
atque adeo in ipsis ad limitem perventum esse. Ad notionem praes-*

terea omnipotentiae non solum pertinet posse semper aliud et aliud procreare, verum etiam posse semper aliud perfectius in eodem genere efficiere, cum neutrum ullam in se repugnantiam contineat, ipsa autem ad omnia possibilia sese porrigit. Deinde solidissime omnino evincitur dato quovis mundo, et representationis gradu alium perfectiorem possibilem esse vel indo solum, quod infiniti mundi, et gradus representationis possibiles sunt; si enim ita sit, nec ad ultimum mundum, nec ad ultimum vel maximum gradum in representatione unquam perveniri poterit: quid aut hoc est monstrum, non posse dari gradum maximum representationis perfectionis divinarum, et posse dari representationem divinarum perfectionum maximam? At possunt esse infiniti infra unum inter omnes possibles perfectissimum, qui licet finitus in se sit, potest tamen quilibet alios possiles pariter in se finitos perfec-  
tione superare: ludere id est, non philosophari; unus ille infinitus alios perfectione superabit, et ipse tametsi a nullo superabitur? accipe exemplum: intellectus infiniti sunt possiles, quo-  
rum alius alio perfectior sit; poteritne omnibus istis infinitis unus aliquis perfectissimus, sed tamen finitus, velut praesiders? nonne finitus cum sit, habebit defectum ulterioris realitatis, ac proinde poterit alter eo major, et perfectior concipi (*ont. §. 217.*)? quid ligatur? perfectissimum erit, et tamen alius ipso perfectior possi-  
bilis in infiniti imperfectiones infra unum perfectissimum, sed tamen finitum! quareno: iste perfectissimus pertinet ad collectionem infinitam imperfectionum, vel non? si illud: terminabit sane collectionem infinitam; erit ergo collectio infinita terminis clausa; si hoc: nulla inter ipsum et alios infinitos; qui imperfec-  
tiones dicuntur, comparatio institui poterit; cur non igitur potius dicamus unum hunc perfectissimum esse possibilem, reliquos omnes impossibilis? Denique postulat, ut sibi demonstretur possibilem esse effectus finito perfectorem, nec morer, sic arguo: quivis effectus finitus non habet omnia actu, quae habere potest, et quovis effectus finito alter major in eodem genere concipi potest (*ont. §. 217.*), sed illo effectu, qui non habet omnia actu, quae habere potest, et quo alter major in eodem genere concipi potest, perfectior effectus possibilis est; ergo quovis effectus finito alius perfectior possibilis est (*Ib. n. 6.*). Omitto reliqua, nec utar telen, quod ipse subministrat, cum subinde proficitur: possi-  
bilem esse mundum quod divinam aliquam peculiarem perfec-  
tionem evidenter representet, et sit sub hujusmodi respectu isto perfectior. Haec sufficiunt, ut appareat, quam inique egerit vir eruditus, cum in celesterrimum actatis nostrae philosophum Boscochium adeo acerbo invectus, et multoties cavillatus fuit.

*3.) Aut Deus, aijunt, non scivit, aut non potuit, aut non voluit mundum optimum condere; atqui nihil horum congruit cum perfectio-  
nibus divinis: ergo Deus mundum optimum condidit.*

*R. Cum inter possibilia non detur absolute optimum, neque possi-*

bilis sit summus gradus in manifestatione divinarum perfectionum, Deus nec scivit, nec potuit, nec vult mundum optimum condere. Sed dabo aliquid; esto, scilicet Deus mundum, qui omnium possibilium sit optimus; an continuo etiam producere eum potius cognoscit Deus profecto omnia possibilia; anne ideo omnia simul efficere potest? certe non; exhaustiretur enim infinita potentia. Esto etiam, potuerit Deus mundum optimum procreare; num ideo etiam velle debuit an libertate supraea, summo suo in omnia dominio ipsi uti non licet? non debuit est velle, quidam extra se producere; igitur nego debuli velle optimam efficere; sed si et illi liberum fuit manifestare, vel non manifestare suas perfectiores, ita quoque ipsi liberum fuit, easdem in hoc, vel illo gradu manifestare. At Deus semper optimum sequitur ita sane, si intelligat illud, quod finis libere determinato est convenientissimum; sequitur item optimum, quatenus semper summa ratione agit, et ex summa sapientiae praescriptio media ad finem apertissima eligit; nec tamen ideo producit effectus absolute perfectissimos; hi enim impossibile sunt. Neque obest, quod Deus agat modo perfectissimo; modus enim operandi ipsi internus est, sicut modus cognoscendi, quae autem in ipso sunt, infinita sunt: contra objecta operationis; uti et cognitionis, extra Deum existunt: quare perfectissima esse nec debent; nec possunt.

- 4.) Mundus hic est perfecte conformatus ideae divinae; sed idea divina est absolute perfectissima; igitur et mundus.  
 R.d. M. Mundus hic est perfecte conformatus ideas divinae *objectivae* spectatae, c. M. *subjective* spectatae, n. M. et sic d. m. n. coris. Idea Dei *subjective*, id est in se, seu comparare ad subiectum, cui inest, spectata est perfectione infinita; ipsa enim ab intellectu divino, ac proinde a Deo intelligenter revera non differt; quis autem mundo hanc perfectionem tribuat? Evidenter igitur, ideam divinam hab ratione ab adversariis hoc loco intelligi non posse, neque ei mundum hunc conformatum esse. Quod si idea divina accipiat *objectivitatem*, id est, comparare ad objecta, quae ab ipsa representantur, tantas et perfectiones est, quantas est objectum representatum, atque idea nunquam perfectissima; nisi cum objectum perfectissimum, ipsum videlicet, Deum representat. Neque vero inde in Deum quaepram redundant imperfectio-  
 haec quippe se tenet ex parte objecti non vero in idea inest, quae objectum, ut in se est, representare debet. Atque sic omnino verissimum est, mundum esse perfecte conformatum ideas divinae; talis enim est, tantaeque perfectionis, qualis, et quantas perfectionis a Deo aeternum fuit cognitus; at istud adversariis minime prodest; nam inde nequam colligunt mundum hunc esse omnium possibilium perfectissimum, cum idea divina, quidquid cognosci potest, seu magis sit, seu minus perfectum; ob intellectus divini infinitatem repraesentet, quod ipse Leibnitz non difficitur, cum sit infinita universa possibilia in ideis Dei suis (§. 80. sch.).

5.) Bonitatem divinam exigere putant mundum optimum, quemadmodum ea quoque postulat finem optimum. Si opponas peritum libertatem, ajunt, libertatem ad electionem minoris boni non esse perfectionem, ideoque Deo aliquin tribuendas non esset, ut illi ob eandem rationem libertatem ad eligendum malum morale non adscribimus. Certe, addunt, sicut electio mali moralis pugnat cum sanctitate Dei, ita electio minoris boni opponitur sapientiae divinae, quemadmodum enim Cajus in taberna libraria constitutus inter libros, quorum ipsi opifio datur, minus bonum eligendo insipienter ageret; ita idem de Deo affirmandum foret, si inter mundos possibles, quos omnes distincte cognovit, minus perfectum elegisset.

R. Multa hic accumulantur, quibus seorsus respondebo. Imprimis infinita bonitas non exigit, ut Deus aliquid procreat; potest enim optimus, et beatissimus esse absque omni ente a se distinco: ergo eadem pariter non postulat, ut, cum aliquid efficiere vult, efficiat optimum. Quid quod haec bonitas Deum astringeret aliquid impossibile, cum maxima perfectionum infinitarum manifestatio, et in priori possibile optimum repugnet; ut jam saepius dictum est? At postulat Dei bonitas finem optimum; ita sane; sed solum finem *quoad substantiam*, non etiam *quoad intensionem*, seu *gradum optimum*, idque rursus tantum ex hypothesi, quod Deus mundum aliquem procreare liberrime constituerit. Nirum infinita bonitas exigit, ut omnibus aliis bonis finitis praeterferatur, magnisque ametur; quare Deus nihil condere potest, nisi propter se ipsum; nihil producere nisi ita, ut sibi gloriam suam pro fine primario, ac ultimo, praestitutat. Atque hic est finis *quoad substantiam optimum*, solusque divinae bonitatis, reliquisque perfectionibus consentaneus. At propterea necesse non est, ut Deus in hoc fini etiam intensionem maximam, seu supremum manifestationis suarum perfectionum gradum, tametsi illum possibilem esse daremus, eligat; nam sicut Deus salva sua bonitate omnem creationem, ac proinde etiam electionem finis omittere potuisse; ita etiam facta jam libere mundo aliquem condendi decreto liberrimam potestatem gradum quacumque in fine *quoad substantiam optimum* determinandi retinet.

Deinde libertas ad electionem mundi minus boni Deo sine injuria negari omnino nequit, neque comparatio est cum libertate, quae fugitur ad eligendum malum morale, cum enim malum morale pugnet cum sanctitate, ceterisque perfectionibus Dei moralibus, per se manifestum est, hanc libertatem in perfectionibus locum non habere. Contra libertatis altera et perfectio quedam est, et ideo Deo sine dubitatione tribuenda; certum namque est, aliquam libertatem, utpote veram realitatem, Deo adscribendam, esse: jam vero si haec non sit, quae alii esse poterit? quia in re, quaeo, Deus liber erit? intelligendo omnia cognoscibilia? ad id necessitatur ab infinitate intellectus sui: in amando se ipsis ad id nec-

sario rapitur ab infinitate bonitatis sua naturalis: in eligendo si-  
ne quoad substantiam optimo? id quoque ex hypothesi, quod ali-  
quid condere velt, postulant infinitas ejus perfectio: restatigi-  
tur, ut liber sit in determinandis gradu suis in se optimi; et in  
procreandis rebus, idque non ita solum, ut libere possit condere  
aliquid, vel nihil; sed ita etiam, ut possit hoc prae illo condere;  
sunt quippe haec inter se connecta, et ratio sufficiens, quae exige-  
ret; ut Deus optimum mundum condat, exigere quoque, ut Deus  
mundum potius condat, quam non condat (§. 33.). Nihil dicam de  
lege omnium philosophorum, ac teologorum consensione compro-  
bata, quae, quidquid in rebus creatis perfectum est, ab omni im-  
perfectione repurgatum Deo tribui jubet: est autem profecto li-  
bertas quaedam in nobis perfectio quoad utramque sibi partem,  
quatenus nimis est facultas ponendi, vel non ponendi actum; et  
quatenus est facultas ponendi hunc potius, quam alium actum: im-  
perfectionis, quae in illa inhaeret, in eo consistit, quod haec poten-  
tia ad malum se quoque extendaat. Quare rejecta has imperfectiones,  
sine defectu realitas ipsa in Deo inesse putanda est (conf. ont.  
§. 227. sch.). Denique libertas haec nulli perfectio morali op-  
ponitur; falsum enim est, quod Baumisterus, et alii assurant, elec-  
tionem minoris boni in dicto sensu acceptam pugnare cum infini-  
tate Dei sapientia: haec enim solum postulat, ut finis, quoad sub-  
stantiam optimam, et media ad eam maxime accomodata elegantur,  
quod utramque stat cum electione mundi minus boni. Neque enim,  
cum mundum optimum negamus, ita intelligendi sumus, quasi do-  
ceremus Deum elegisse medium minus aptum ad finem suum con-  
sequendum, quod adversarii malevolentia, aut ignorantia duci  
saeppe non satis discernunt. Atque inde patet, quid ad paritatem  
propositum respondentum sit: Causa ponitur atque eruditio  
causa librum emere velle; si igitur optimum, quem habere pot-  
est, non eligit, contra finem agit, neglectoq; medio aptiori minus  
aptum arripi, quod insipientis est: Deus vero, cum mundum mi-  
nus bonum condidit, eum tamen condidit, qui sit medium apitissi-  
mum ad consequendum finem praestitum, quo sapientiae sua  
plenisimma satisfecit. Quod si liber minus bonus inter alios opti-  
mus, et pretiosissimus fini, quem Causa sibi praeferit, magis con-  
gruat, neque ille ob electionem vilioris insipientiae argui poterit.

6.) Determinatio Dei ad optimum mundum eligendum nequam  
libertati divinas obest: imprimis enim determinatio Dei ad eli-  
gendum finem quoad substantiam optimum libertati non efficit; ergo  
pariter. Deinde ad summum tantum inde sequitur necessitas  
consequens ex hypothesi nempe quod se libere determinaverit ad  
aliquum mundum condendum; vel moralis: neutra autem libertatem tollit. Denique adit Baumisterus (*Theol. nat.* §. 334. sch.  
fin.): quasi vero electio optimi non staret cum libertate. Cogo  
offeruntur plures libri diversi prefl. Eligit illum quem optimum  
judicat. Num putas, libertatem ita Cogit, dum eligit optimum, cadere?

R. Ad primum disparitas est. Tametsi Deus ex hypothesi, quod ve-  
lit aliquem mundum condere, debeat se ipsum, seu gloriam suam  
externam pro fine constitutre, est illi tamen antecedenter libe-  
rum aliquem mundum condere, vel non; et consequenter hunc,  
vel illum gradum gloriae externae determinare. Sed si Deus ex  
natura sua forte determinatus ad mundum optimum eligendum,  
nec antecedens ipsi relinquetur libertas, qua sese ad condend-  
dum mundum, vel non condendum determinare posset, ut jam di-  
ctum est (§. 33.). A vero igitur prorsus alienum est, et si Leib-  
nitianoli, quod parum corundum est; nec enim queritur, quid  
dicant, sed quid quae sententiae congruentes dicere debeant; alle-  
gium inquam a vero est, ex determinatione Dei ad optimum solam  
necessitatem consequentem profire; sed haec necessitas omnem  
omnino determinationem liberam antecedit, ut ipsa cognitio per-  
fectionis maximae in mundo possibili. Certe si haec perfectio ma-  
xima fuit ratio sufficiens, ut Deus hunc mundum prae omni alio  
condederet, eadem quoque fuit ratio sufficiens, ut mundum potius  
condederet, quam non condederet, quam enim alias statuerit. Sic ar-  
guo: vel Deus ad condendum potius, quam non condendum equit  
ratione sufficiente a liberrimo suo arbitrio distincta, vel non; si hoc:  
rum negque ad condendum hunc prae alio simili ratione opus habuit;  
si illud, ea ratio sufficiens distincta praeferit perfectionem maximam  
mundi possibili nulla esse potest: quidquid arripiatur, se ipso ju-  
gulant; si primum accipiunt, valebit in ipsis haec argumentatio:  
Deus non equit ratione sufficiente exterat, ut mundum potius con-  
dat, quam non condat: ergo etiam non equit tali ratione, ut hunc  
potius prae alio condat. Si ad alterum configuant; ita ratioina-  
bor: posita haec ratione sufficiente non fuit Deus liberum, ut alium  
mundum prae isto condat: ergo etiam non fuit ipsi liberum, ut  
mundum non condant. Ei necessitatem antecedentem. Quam male  
autem illi sua causae consultant, qui ad necessitatem moralem con-  
figunt, patet iam ex ont. §. 37. sch.; est nempe ea necessitas  
verbō quidem moralis, re autem ipsa, absoluta, antecedens, me-  
taphysica; ita enim repugnat, ut Deus alicuius bonitati, sapientiae,  
aut sanctitatis contrarium admittat.

Beaumester denique occursere dicendo: electionem optimi stare cum  
libertate, si eligens se ipsum ad eam determinet; non item, si ille  
a bonitate objectiva determinetur. Causa libere eligi librum optimum  
cum ita comparatus est, ut etiam determinarem eligere possit;  
at si cogniti bonitate nequeat illum non eligere, actum erit cum  
libertate. Applicemus haec. Deux ex mente laudati Philosophi co-  
gnovit ab aeterno, et quidem necessario perfectionem maximam  
unius inter omnes mundos possibilis; haec cognita perfectio ma-  
xima fuit ratio sufficiens electionis divinae ab aeterno, et necessa-  
rio ante omnem liberam Dei determinationem posita fuit; sed po-  
sitia ratione sufficiente vi principiis contradictionis ponunt rationa-  
tum (ont. §. 22.), quod nec ipse inficiari potest; dicat ergo nobis,

ubi, quando, et qualis libera determinatio in Deo fuerit, et quod modo cum hac optimi electionis libertas divina componi queat? dicit, Cajum quoque a bonitate objectiva libri, tamquam ratione sufficiente, determinari ad eam electionem, nec tamen libertate expolari. At id ipsum est, in quo quaestio vertitur: Cagi quoque libertatem, si ita se res haberet, peritura in psychologia demonstrabo.

7.) Si Deus mundum minus perfectum praे perfectiori condidisset, hujus actionis nulla foret ratio sufficiens; egisset proinde Deus sine ratione sufficiente, quod cum ipsis perfectionibus non consentit. Certe, si Deus pro libero suo beneficio posset hoc, vel illud eligere, similis foret artifici humano, qui in elaborando suo opere non tam rationem sequitur, quam genio indulget. Quid quod omne bonum possibile pro gradibus sue perfectionis jus habet praetendendi, ut at Leibnitius, a Deo existentiam? Deinde intelligi nequit, qui fieri possit, ut Deus minus bonum praे majori magis amet.

R.) Ratio sufficiens electionis divinae ex parte possibilium omnino queritur non potest, si salvam velim supremam Dei libertatem, ut paulo ante demonstratum est. Quin si accurate loquamus, nullam prorsus rationem objectivam Deus sequitur, neque ipsa medium aptitudo ad finem consequendum est illi vero sensu ratio motiva, cur ea eligat. Nequit nempe Deus illa bonitate finita, quia comparata ad infinitam prorsus evanescit, moveri; unde non eligit media ad finem apertissima *qua* apertissima sunt, sed *qua* apta sunt, queaque ut talia infinita scientia praenoscit, atque id ideo, quia summa ratio, et sapientia praecepit, ut elegantius media, quas ad finem obtinendum apertissima esse praevidentur. Sola igitur ratio summa, ac sapientia potest Deo esse *ratio motiva* ad aliquid eligendum; apertitudo vero mediorum ad summum dici debet *conditio*, sine qua electio non foret, cum absenta hac aptitudine ratio, et sapientia eam electionem non suaderet (conf. ont. §. 145. sch. 1.) Aliud quidem apud nos homines obtinet, qui finiti cum simus, bonitate quoque finita moveri, et allici possimus: quare nos modo eligimus bonum representatum, quod bonum est, verum etiam *qua* bonum est, vel saltem tale esse apparet. Sed numquid ideo actio divina ratione sufficiente caruit? nequaquam: adsueta ratio sufficiens, quae in actionibus liberis sola esse potest, quemadmodum alias dicam: ejus minime voluntas, quae cum infinita ipsis ratione, et sapientia non congrue non potest. Neque tamen propriea genii induisse putandus est; licet enim ex liberissimo arbitrio agat, licet rationem sufficientem externam, et in possibilibus fundatam non respiciat, agit tamen semper ex, et cum summa ratione, modique perfectissimo, et ipsam libertatis exercitium infinite in illo perfectione est. Quod ad artificem humananum opus suum non ea, qua posset, industria elaborantem attinet; merito id illi virtus dabitur, si vel obligationi, q'la erga alios s'pna-

gitur, vel fini suo, quem obtinere cupit, non satisfaciat, quod si horum nihil aduerserit, neque is jure vituperari poterit, si opus, quod, et prout placuerit, officiat. Jam vero Deus nulla aliquid procedendi obligationi divinciri potest, atque etiam tunc, cum minus bonum praे majori procreat, medium fini liberè constituto convenientissimum eligit.

Jam vero illud: quod possibile secundum gradus perfectionis sua a Deo existentiam postulet, quale est? unde imprimis jus istud? quid est possibilitas, nisi non repugnante praedicatorum, et oriunda in dii habilitas entis ad existendum? ergone ideo ens, quia ad existendum habile est, jus habeat a Deo posulandi, ut efficiatur? deinde, denun. hanc inesse in possibilibus pratenionem; quis Deum eidem subiecti? tenebiture ens infinitum, undeque independent postulatione huius morem gerere? annon, si ita foret, res creatae non tam Deo, quam sibi ipsis, suæque majori perfectioni existentiam in acceptis referre deberent? Absit, ut vitem adeo de supra. M'jstetum conceptum philosophus mento foreat. Ad id denum, quod ultimo adjicetur, ajo, distinguendum esse amorem liberalis beneficentia ab amore aestimationis; hic veras in objecto perfectiones respicit; illi a liberali amantis animo, sine respectu ad objecti merita, et sine omni præterea benefaciendi obligatione proficitur. Jam vero cum Deus mundum minus perfectum praे perfectiori elegit, ex sola liberalitate beneficium existentiae eidem confutit, quod neque huic, neque ulli alteri praestare temebatur. Non tamen preterea minus bonum magis aestimat; cognovit enim optime, quae, et quales perfectiones possibles in novis mundo possibili insint, quo sensu solum aestimatio rerum vel creandarum, vel creatarum in Deum cadit.

### SECTIO III.

#### DE EFFECTIBUS NATURALIBUS, ET SUPERNATURALIBUS.

##### QUOD SECTIONIS ARGUMENTUM?

LXXXV. Venio ad nobilissimam Cosmologiae partem, quae philosopho orthodoxo in primis curis esse debet: ipsa enim castissimae Religionis fundamenta proprius attinguntur. Ut autem et dilucide, et distribute res omnis proponatur, disseram primum de natura, ejusque legibus; tum de effectibus supernaturalibus generatim, ac nominatim de miraculis; denique criteria, quibus effectus miraculosus a mirabili, sed naturali, certitudine morali maxima, discerni queat, suppeditabo. Habet igitur sectionis hujus argumentum.